

IMPERIUM

V

*De causis & generatione civitatis*

*Thomas Hobbes*

CAPITULO V

*De las causas y el origen del Estado*

PODER

*CSIC Madrid 1993*  
*Roberto Cuadreno (Agrad. José Delgado Teo)*

I. Leges naturales non sufficere ad Pacis conservationem. II. Leges nature in statu nature silere. III. Securitatem viuenti secundum leges natura; consistere in concordia multorum. IV. Concordiam multorum non esse satis constantem ad Pacem dururam. V. Cur brutorum quorundam animantium regimen, sola stat concordia; hominum non item. VI. Requiri ad Pacem hominum, non modo *consensionem*, sed etiam unionem. VII. Quid sit unio. VIII. In unione, Ius omnium in unum transferretur. IX. Quid sit ciuitas. X. Quid sit persona ciuilis. XI. Quid sit *summum habere imperium* & quid subditus. XII. Duo genera ciuitatum, naturale & institutum.

I. Manifestum est per se, actiones hominum à voluntate, voluntatem à spe & metu proficisci, adeo vt quoties *Bonum minus*, vel *malum minus* videretur à violatione legum sibi prouenturum, quam ab observatione, volentes violant. Spes igitur vnicuique securitatis conservationis que suæ in eo sita est, vt viribus artibusque propriis, proximum suum, vel palam, vel ex insidiis præoccupare possit. Ex quo intelligitur leges naturales non statim vt cognite sunt securitatem cuiquam præstare ipsas obseruandi, & proinde, quamdiu cautio ab inuasionem aliorum non haberetur, cauendi sibi quibuscunque modis voluerit & potuerit, vnicuique manere *Ius primæuum*, hoc est, *Ius in omnia*, siue *Ius belli*; sufficitque ad impletionem legis naturalis, vt quis paratus animo sit ad pacem habendam, vbi haberi potest.

II. Tritum est *inter arma silere leges*; & verum est, non modo de legibus ciuilibus, sed etiam de lege naturali, si non ad animum sed ad actiones referatur, per Cap. 3. Art. 27, & bellum tale intelligatur, vt sit omnium contra omnes; qualis est *status nature mere*, quamquam in bello nationis contra nationem modus quidam custodiri solebat. Ideoque priscis temporibus vitæ institutum, & quasi oeconomia quædam erat, quam vocabant *λογιστικήν*, Rapto viuere; quæ neque contra legem nature erat, rebus sic stantibus, neque sine gloria illis qui eam fortiter, nec crudeliter exercebant. Mos erat illis, cætera rapientibus, &

1. Las leyes naturales no bastan para conseguir la paz. 2. En el estado de naturaleza las leyes naturales guardan silencio. 3. La seguridad de vivir según las leyes de la naturaleza consiste en la concordia de muchos. 4. La concordia de muchos no es suficiente para garantizar una paz duradera. 5. Por qué la concordia es suficiente para garantizar el régimen de vida de ciertos animales pero no el de los hombres. 6. Para la paz de los hombres se requiere no sólo el consenso sino además la unión. 7. ¿Qué es la unión? 8. En la unión se transfiere a uno sólo el derecho de todos. 9. ¿Qué es el Estado? 10. ¿Qué es la persona civil? 11. ¿Qué es tener el poder supremo y qué ser súbdito? 12. Dos clases de Estado: el natural y el instituido.

1. Es cosa clara por sí misma que las acciones de los hombres proceden de la voluntad, y la voluntad de la esperanza y del miedo; de tal forma que los hombres, cuando ven que de la violación de las leyes van a obtener un *bien mayor* o un *mal menor* que de su observancia, las violan sin dificultad. Por eso la esperanza que cada uno tenga de su seguridad y de su conservación consiste en poder adquirir ventajas sobre su prójimo con sus propias fuerzas y capacidad, franca o engañosamente. De donde se entiende que las leyes naturales no proporcionan la seguridad de su observancia por el solo hecho de que se las conozca; y en consecuencia, mientras no se tenga la garantía de que los demás no van a incumplirlas, todos retienen el *derecho* originario de defenderse por los medios y con las fuerzas que tuvieran, esto es, el *derecho a todo o derecho de guerra*; y basta para cumplir la ley natural con tener el ánimo dispuesto para hacer la paz siempre que se pueda.

2. Es sabido que *entre las armas las leyes callan*; y esto es verdad no sólo referido a las leyes civiles sino también a la ley natural, con tal que se refiera a las acciones, no a la intención, según el capítulo III, art. 27, y también con tal que la guerra se entienda como de todos contra todos tal como sucede en el *estado de pura naturaleza*; por más que en las guerras entre naciones se solía observar cierta moderación. Por eso, en los tiempos primeros el vivir del robo constituía un modo de vida y casi una economía, llamada *λογιστικήν*, vivir del robo; la cual no iba contra la ley natural, en aquel estado de cosas, y proporcionaba un cierto renombre a los que la ejercían con fortaleza y sin crueldad.

vitea parcerre, & à bubus aratoribus, omnique instrumento agriculturæ abstinere. Quod tamen non ira est accipiendum, tanquam ad id astringerentur lege natura: sed quod gloriæ suæ consulere, & ne nimia crudelitate, metûs arguerentur.

III. Cum ergo ad pacem conseruandam, necessarium sit legis naturalis exercitium; & ad legis naturalis exercitium necessaria sit securitas, considerandum est quid sit quod talem securitatem præstare possit. Ad hanc rem excogitari aliud non potest, præterquam vt vnusquisque auxilia idonea sibi comparet, quibus inuasio alterius in alterum adeò periculosa reddatur, vt satius sibi esse vterque putet manus cohibere quam conserere. Primum autem manifestum est, quòd duorum vel trium consensus securitatem talem minime præstare possit; propterea quòd additio ex altera parte vnus, vel paucorum hominum, sufficit ad certam & indubitaram victoriam, datque animam aduersario ad aggrediendum. Necessarium itaque est ad securitatem quam quærimus obtinendam, vt numerus eorum qui in mutam opem conspirant tantus sit, vt paucorum hominum ad hostes accessio non sit ipsis conspicui momenti ad victoriam.

IV. Deinde, quantumcumque sit numerus eorum qui ad se defendendum coèunt, si tamen non consentiant inter se de optimâ ratione quâ id fieri debeat, sed vnusquisque suo modo suis viribus vtratur, nihil efficitur; propterea quòd distracti sententis impedimento inuicem erunt, aut si in vnâ actionem spe victoriæ, vel prædæ, vel vindictæ, satis consentiant, postea tamen diuersitate ingeniorum consiliorumque, vel emulatione & inuidiâ, quibus naturaliter homines inter se contendunt, ita diuellentur, vt neque mutuan opem conferre, neque pacem inter se habere velint, nisi communi aliquo metu coèrcantur. Ex quo sequitur consensionem plurium, (quæ consistit in eo tantum, vt præcedente sectione definitum est, quòd actiones suas, omnes ad eundem finem, & bonum commune dirigant) hoc est, societatem mutui tantum auxilij, non præstare consentantibus, siue sociis, securitatem quam quærimus exercendi inter se ipsos leges nature supra dictas: sed oportere amplius quiddam fieri, vt qui semel ad pacem, & mutuum auxilium, causâ communis boni consenserint, ne postea, cum bonum suum aliquod priuatum à communi discrepauerit, iterum dissentiant, metu prohibeantur.

V. Numerat Aristoteles inter animalia, quæ Politica appellat, non modo *Hominem*, sed etiam multa alia, vt *Formicam*, *Apem*, &c. quæ quamquam ratione destituantur, per quam pacta facere, & submittere se regimini possint, nihilominus, consentiendo, id est, eadem cupien-

Tenían por costumbre al robar a los demás no tocar sus vidas ni sus bueyes de labranza ni sus aperos agrícolas. Lo cual ha de entenderse no como cumplimiento de la ley natural sino más bien como salvaguardia de su gloria y para no ser tachados de miedosos al usar de una crueldad excesiva.

3. Por eso, por ser necesario el ejercicio de la ley natural para conservar la paz, y por ser necesaria la seguridad para el ejercicio de la ley natural, conviene considerar qué es lo que puede proporcionar tal seguridad. Y para ello la única providencia que se puede adoptar es que todos se procuren las ayudas convenientes para que la invasión de los otros se vuelva tan peligrosa que consideren más acertado abstenerse de luchar que empeñarse en ello. Y está claro, en primer lugar, que el acuerdo de dos o tres no puede proporcionar esa seguridad en absoluto, porque con que la otra parte añada unos pocos hombres, le basta para conseguir una victoria cierta e indudable, y esa situación da ánimo al adversario para atacar. En consecuencia, se hace necesario, para conseguir la seguridad que buscamos, que el número de los que colaboran para su unidad sea tal que el paso de unos pocos al enemigo no le proporcione una ventaja sustancial para triunfar.

4. Por lo tanto, sea cual fuere el número de los que se unen para defenderse, si no se ponen de acuerdo sobre la mejor forma de hacerlo sino que cada uno utiliza sus fuerzas a su manera, no se conseguirá nada; porque distraídos con sus propias opiniones se estorbarán unos a otros, y si se pusieran de acuerdo en alguna acción por la esperanza de vencer o de conseguir botín o de vengarse, más tarde, por la diversidad de caracteres y de juicios, o por la emulación o la envidia, que son cosas por las que los hombres naturalmente se pelean, se dividirán de tal forma que no querrán ya ni colaborar entre ellos ni tener paz, a menos que los obligue algún miedo común. De donde se sigue que el consenso de muchos, si consiste únicamente en dirigir sus acciones al mismo fin y al bien común, esto es, sólo a una sociedad de mutuo auxilio, no proporciona a los consentientes o socios la seguridad que buscamos de ejercitar entre ellos las leyes naturales mencionadas, sino que se requiere algo más: que los que se han puesto de acuerdo para buscar la paz y la ayuda mutua por el bien común, se vean imposibilitados por el miedo para discutir nuevamente cuando más adelante algún bien privado entre en colisión con el bien común.

5. Entre los animales que llama políticos, Aristóteles enumera no sólo al *hombre* sino también a otros muchos como las *hormigas*, las *abejas*, etc., los cuales, aunque se vean privados de razón por la que pudieran firmar pactos y someterse a un gobierno, sin embargo poniéndose de acuerdo, esto es, buscando y evitando las mismas cosas, dirigen sus

do, & eadem fugiendo, ita acciones suas dirigunt ad finem communem, vt coetus eorum nullis seditionibus sint obnoxij. Non sunt tamen coetus eorum *ciuitates*, neque ideo ipsa animalia *politica* dicenda sunt; quippe quorum regimen consensio tantum est, siue multæ voluntates ad vnum obiectum; non (vt in ciuitate opus est) vna voluntas. Verum est in creaturis illis solo sensu, & appetitu viuentibus consensionem animorum ita esse durabilem, vt nullâ aliâ re opus sit ad eam, & (ex consequenti) ad pacem inter se conseruandam, præterquam naturali eorum appetitu. In hominibus autem aliter res se habet; nam primò inter homines certamen est honoris & dignitatis; inter bestias non est; vnde *odium & inuidia*, ex quibus nascitur seditio & bellum inter homines est, inter illas non est. Secundò, appetitus naturalis apum & simulum creaturarum, conformes sunt, & feruntur ad bonum commune, quod inter illas, non differt à priuato; homini autem nihil pene pro bono habetur, in quo non sit possessori aliquid præcipui & eximij præ eo quod possident cæteri. Tertio, animantia quæ rationem non habent, nullum defectum vident, vel videre se putant, in administratione suarum rerum publicarum; sed in multitudine hominum plurimi sunt qui se præ cæteris sapere existimantes, conantur res nouare, & diuersi nouatores, innouant diuersis modis, id quod est distractio, & bellum ciuile. Quartò, animantia bruta, vtrunque possint vocis suæ vsam aliquem habere ad significandum inter se affectus suos, carent tamen illâ verborum arte, quæ necessariò requiritur ad perturbationes animi concitandas, nimirum, qua Bonum, Melius; Malum Peius representatur animo, quam reuera est; hominis autem lingua tuba quædam belli est & seditionis; diciturque Pericles suis quondam orationibus, tonuisse, fulgurasse, & confudisse totam Græciam. Quintò, non distinguunt illa iniuriam à damno. Inde accidit, vt dum bene ipsis sit, socios non culpent. Homines autem maximè reipublicæ molesti sunt, quibus maximè licet esse otiosi; non enim antè certare de dignitate publica solent, quàm certamine contra famem & frigus victoriam reportauerint. Postremò, consensio creaturarum illarum brutarum naturalis est; hominum paciticia tantum, hoc est, artificiosa est; non igitur mirandum est, si hominibus ad viuendum in pace, aliquid amplius opus sit.

*Consensio* itaque, siue *societas* contracta, sine potestate aliquâ communi, per quam metu poenæ singuli regantur, non sufficit ad securitatem quæ requiritur ad exercitium *iustitiæ naturalis*.

VI. Quoniam igitur *conspiratio* plurium voluntatum ad eundem finem non sufficit ad conseruationem pacis, & defensionem stabilem, requiritur vt circa ea quæ ad pacem & defensionem sunt necessaria,

acciones a un fin común de tal forma que sus comunidades se vean exentas de toda sedición. Pero sus agrupaciones no forman *Estados* y por ello los propios animales no son *politicos*, ya que su régimen se limita a un acuerdo, a dirigir muchas voluntades a un solo objeto, y no a una sola voluntad (como debe ser en el Estado). Bien es verdad que en tales criaturas, que viven únicamente por los sentidos y el apetito, reina un acuerdo de sus espíritus tan durable que no necesitan para conservarlo y (en consecuencia) para garantizar la paz, más que su apetito natural. Pero entre los hombres las cosas son diferentes; porque en primer lugar, entre los hombres se da una rivalidad por los honores y la dignidad que no se da entre los animales; de donde resulta que el *odio* y la *envidia*, y en consecuencia la sedición y la guerra, se dan entre los hombres pero no entre los animales. En segundo lugar, los instintos de las abejas y criaturas semejantes son armoniosos y se orientan al bien común, que entre ellas coincide con el privado; pero entre los hombres apenas hay algo que se considere como bien y no tenga para su propietario algo excelente y superior a lo que tienen los demás. En tercer lugar los animales, que carecen de razón, no ven o creen no ver ningún decreto en la administración de sus cosas públicas; pero en una reunión de muchos hombres no faltan quienes, pensando que saben más que el resto, tratan de innovar, y los distintos innovadores innuevan de forma distinta, lo cual acarrea disgregación y guerra civil. En cuarto lugar, los animales, aunque puedan usar su voz de alguna forma para dar a entender los sentimientos que se dan entre ellos, no obstante carecen del arte de la palabra que es necesario para excitar las pasiones, y que sirve para representar el bien mejor de lo que es, y el mal peor; pero la lengua del hombre es una especie de trompeta de guerra y de sedición, y así se dice que Pericles con sus discursos había tronado y relampagueado y que había aglutinado con ellos toda Grecia. En quinto lugar, los animales no distinguen la injuria del daño. Por eso, mientras les va bien no culpan a sus socios. En cambio los hombres más molestos para el Estado son los que más pueden permitirse estar ociosos; pues no suelen luchar por la dignidad pública antes de vencer en la batalla contra el hambre y el frío. Por último, el acuerdo entre los animales es algo natural, y entre los hombres sólo surge mediante pactos, esto es, de forma artificial; por lo tanto no tiene nada de extraño que los hombres necesiten algo más para vivir en paz. De esta forma, el *acuerdo* o la *societad* que se consigue sin un poder común que gobierne a cada uno por miedo al castigo, no es suficiente para conseguir la seguridad necesaria para el ejercicio de la justicia natural.

6. Ya que la *unión* de la voluntad de muchos para un mismo fin no basta para conservar la paz y para defenderse de forma estable, se

*una* omnium sit *voluntas*. Hoc autem fieri non potest, nisi unusquisque *voluntatem* suam, alterius *unius*, nimirum, *unius Hominis*, vel *unius Concilij*, voluntati, ita subiiciat, vt pro voluntate omnium & singulorum, habendum sit, quicquid de his rebus quæ necessariæ sunt ad pacem communem, ille voluerit. CONCLIVM autem voco, coentium plurimum hominum deliberantium de eo quod agendum, vel non agendum est, ad commune bonum.

VII. *Voluntatum* hæc *submitisio* omnium illorum, *unius hominis voluntati*, vel *unius Concilij*, tunc fit; quando vnusquisque eorum vnique cæterorum se Pacto obligat, ad non resistendum *voluntati* illius *homini*, vel illius *Concilij* cui se submitserit, id est, ne usum opum & virium suarum (quoniam jus seipsum contra vim defendendi retinere intelligitur) contra alios quoscumque illi denegat. Vocaturque VNIO. *Voluntas* autem *Concilij*, ea intelligitur esse, quæ est *voluntas maioris partis* eorum hominum, ex quibus Concilium consistit.

VIII. Quamquam autem voluntas non sit ipsa voluntaria, sed tantum actionum voluntariarum principium, (non enim volumus *velle*, sed *facere*) ideoque minimè cadat sub deliberationem, & pacta; tamen qui subiecti voluntatem suam alterius voluntati, transferit in illum alterum *lus virium & facultatum* suarum, vt cum cæteri idem fecerint, habeat is cui submittitur, tantas vires, vt errore earum, singulorum voluntates ad vnitatem & concordiam possit conformare.

IX. Vnio autem sic facta, appellatur *ciuitas*, siue *societas ciuilis*, atque etiam *persona ciuilis*; nam cum *una* sit omnium voluntas, pro *una personâ* habenda est; & nomine *uno* ab omnibus hominibus particulatim distinguenta & dignoscenda, habens iura sua, & res sibi proprias. Ita vt neque cuius aliquis, neque omnes simul (si excipiamus eum cuius voluntas sit pro voluntate omnium) pro *ciuitate* censenda sit. CIVITAS ergo (vt eam definiamus) est *persona una*, cuius *voluntas*, ex pactis plurimum hominum, pro voluntate habenda est ipsorum omnium; vt singulorum viribus & facultatibus vri possit, ad pacem & defensionem communem.

X. Quamquam autem *ciuitas* omnis *persona ciuilis* sit, non tamen, è conuerso, omnis *persona ciuilis* est *ciuitas*; fieri enim potest vt ciues plures, permitteute ciuitate suâ, coëant in *nam personam*, certarum rerum agendam causâ. Hæc iam *persona ciuiles* erunt, vt sodalitates mercatorum, & conuentus alij quam plurimi; *ciuitates* tamen non sunt, quia non subiecturunt se voluntati conuentus, simpliciter, & in omnibus, sed in certis rebus à ciuitate determinatis; atque ita vt culibet

requiere que la *voluntad* de todos sea *una sola* en lo que respecta a lo necesario para la paz y la defensa. Ahora bien, esto no puede darse sin que todos sometan su voluntad a la de otro *uno*, sea éste *hombre* o *asamblea*, de forma que en lugar de la voluntad de todos y cada uno haya de prevalecer lo que él quiera en lo referente a las cosas necesarias para la paz común. Llamo ASAMBLEA a un grupo de varios hombres que delibera acerca de lo que debe hacerse o no para el bien común.

7. Esta *sumisión* de las *voluntades* de todos a la *voluntad* de un solo *hombre* o de una *asamblea* se da cuando cada uno se obliga mediante un pacto ante los demás a no resistir a la *voluntad* de aquel *hombre* o *asamblea* a la que se somete, esto es, a no negarle el concurso de sus fuerzas y de sus bienes contra otros (porque se entiende que el derecho a defenderse a sí mismo contra la violencia se mantiene); y a eso se le llama VNIO. Se entiende por *voluntad* de la *asamblea* la *voluntad* de la *mayor parte* de los que la constituyen.

8. Aunque la voluntad no sea en sí misma voluntaria sino sólo el principio de los actos voluntarios (pues no queremos *querer* sino *hacer*), y por eso no es objeto de las deliberaciones ni de los pactos, sin embargo el que somete su voluntad a la de otro le transfiere el *derecho de sus fuerzas y facultades* con el fin de que cuando todos hubieran hecho lo mismo, aquél al que se someten sea dueño de una fuerza tal que por miedo de ella pueda conformar las voluntades de todos en orden a la unidad y la concordia.

9. A la unión así conseguida se le llama *Estado* o *sociedad civil*, y también *persona civil*. Porque al ser *una* la voluntad de todos, ha de considerarse como *una persona* y ha de ser distinguida y reconocida con un *único* nombre por todos los particulares, y debe tener sus *derechos* y sus *propiedades*; de esta forma, ni un ciudadano ni el conjunto de ellos ha de considerarse como si fuera el *Estado* (a excepción de aquél cuya voluntad está en lugar de las voluntades de los demás). Por lo tanto el ESTADO (para definirlo ya), es *una sola persona* cuya *voluntad*, como consecuencia de los acuerdos de muchos hombres, ha de tenerse en lugar de la de todos para que pueda disponer de las fuerzas y de las facultades de cada uno para la paz y la defensa común.

10. Aunque todo *Estado* sea una *persona civil*, no es así al contrario: no toda *persona civil* es un *Estado*. Porque puede darse que muchos ciudadanos, con el consentimiento de su Estado, se agrupen para formar *una sola persona* con objeto de gestionar determinadas cosas. Éstas serán *personas civiles*, como las asociaciones de comerciantes y otras muchas; pero no son *Estados* porque no se han sometido a la voluntad de la asociación sin más, y en todo, sino para ciertas cosas determinadas por el Estado, de tal forma que a cualquiera de los miembros le es

eorum, contra ipsum *Corpus soliditatis*, contendere iudicio licitum sit apud alios; quod *cui* contra *ciuitatem* licitum non est. Huiusmodi igitur *societates*, sunt *personae ciuiles*, *ciuitati* subordinatae.

XI. In omni ciuitate, *Homo ille*, vel *Concilium illud*, cuius voluntati singuli voluntatem suam (ita vt dictum est) subiecerunt, SVMAM POTESTATEM, siue SVMVM IMPERIUM siue DOMINVM habere dicitur. Quae *Potestas & ius imperandi* in eo consistit, quod vnusquisque ciuium omnem suam vim & potentiam, in illum *hominem*, vel *Concilium* transtulit. Quod fecisse, (quia vim suam in alium transferre naturali modo potest) nihil aliud est, quam de iure suo resistendi decessisse. *Ciuium* vnusquisque, sicut etiam omnis *persona ciuilibus subordinata*, eius qui Summum imperium habet, SVBDITVS appellatur.

XII. Ex ante dicitis satis ostensum est, quo modo, & quibus gradibus *multae personae naturales*, in *vnam personam ciuilem*, quam *ciuitatem* appellauimus, studio sese conseruandi, mutuo metu coaluere. Carerem qui se subiciunt alter propter metum, vel ipsis quem metunt se subiciunt, vel alicui alij, cui confidunt, vt ab eo protegantur. Priore modo faciunt bello victi, ne occidantur; posteriore, nondum victi, ne vincantur. Prior modus initium habet à *potentia naturali*, & duci potest ciuitatis *origo naturalis*; posterior à *consilio & constitutione* coeuntium, quae *origo ex instituto* est. Hinc est quod duo sint genera ciuitatum, alterum *naturale*, quale est *Patrum & Depoticum*; alterum *institutum*, quod & *politicum* dici potest. In primo *Dominus* acquirit sibi *ciues* sua voluntate; in altero *ciues* arbitrio suo imponunt sibi met ipsis *Dominum*, siue is sit *vnus homo*, siue *vnus certus hominum cum summo imperio*. Dicemus autem primo loco de *ciuitate instituta*, deinde de *naturali*.

licito litigar contra el propio cuerpo de la asociación, cosa que no es lícito hacer al *ciudadano* contra el *Estado*. Porque tales *asociaciones* son *personas ciuiles* subordinadas al *Estado*.

11. En todo Estado se dice que tiene el PODER SUPREMO o la POTESTAD SOBERANA o el DOMINIO, el *hombre* o la *asamblea* a cuya voluntad han sometido los demás la suya, como queda dicho. Este poder y derecho de mandar consiste en el hecho de que todos y cada uno de los ciudadanos han transferido toda su fuerza y su poder a aquel *hombre* o *asamblea*. Y el haberlo hecho equivale a haber renunciado al derecho a oponerse (ya que transferir su fuerza a otro de forma natural nadie lo puede hacer). Todo *ciudadano*, así como toda *persona ciuilibus subordinada* se llama SUBDITO del que tiene el poder supremo.

12. Por lo dicho hasta aquí han quedado de manifiesto la forma y los pasos mediante los cuales *muchas personas naturales* se han juntado por el miedo para formar *una sola persona ciuilibus* que llamamos *Estado*, con objeto de protegerse mutuamente. Por otra parte, los que se someten a otro por miedo, o se someten a quien temen o a otro en quien confían, para que los proteja. En el primer caso están los vencidos en la guerra, para que no los maten; en el segundo los que aún no han sido vencidos, para no serlo. El primer caso procede del *poder natural* y puede llamarse el *origen natural* del Estado; el segundo, de la *deliberación* y de la *constitución* de los miembros, y es el *origen por institución*. De esta distinción surgen dos clases de Estados, uno *natural*, como es el *patrum y depoticum*, y otro *instituto*, que puede también llamarse *politico*. En el primero, el *señor* adquiere los *ciudadanos* por su voluntad; en el segundo los *ciudadanos*, por decisión suya, se imponen un *señor*, ya sea éste un *solo hombre* o un *grupo de hombres con potestad suprema*. Hablaremos pues del *Estado instituido* en primer lugar, y después del *natural*.

*De iure eius siue Concilij, siue Hominis unius,  
qui in ciuitate cum summa potestate est*

I. Multitudini extra ciuitatem non potest attribui Ius aliquod, neque actio aliqua in quam non sigillatim consenserunt. II. Initium ciuitatis est Ius maioris numeri consentientis. III. Vnumquemque Ius retinere protegendi se arbitrio proprio, quamdiu securitati suæ non sit prospectum. IV. Potestatem Coactiuam necessariam esse ad securitatem. V. Quid sit, Gladius iustitiæ. VI. Gladium iustitiæ penes eum esse qui habet summum imperium. VII. Gladium belli penes eundem esse. VIII. Iudicia penes eundem esse. IX. Legislationem penes eundem esse. X. Magistratum & Ministrorum ciuitatis nominationem, penes eundem esse. XI. Doctrinarum examinationem penes eundem esse. XII. Quicquid is fecerit impune esse. XIII. Eidem à ciuibus imperium absolutum concessum esse: quantumque ei debeat obediencia. XIV. Eundem legibus ciuitatis non teneri. XV. Nemini proprium esse quicquam contra illum qui habet summum imperium. XVI. Quid sit furrum, homicidium, adulterium, & iniuria, cognosci ex legibus ciuilibus. XVII. Opiniorum qui ciuitatem constituere vellent, ubi non esset quisquam cum potentia absoluta. XVIII. Notæ Imperij summi. XIX. Si confectur ciuitas cum homine, is qui habet summum Imperium est ad ciuitatem, in ea ratione in qua est anima humana ad ipsum hominem. XX. Summum Imperium non posse iure dissolui consensu eorum quorum pactis est constitutum.

I. Consideranda im primis est ipsa hominum (coëuntium in unam ciuitatem suo ipsorum arbitrio) Multitudo<sup>1</sup> quid sit; nimirum

<sup>1</sup> Doctrina de Ciuitatis in ciues potestare, tota ferè dependet à cognitione differentie quæ est inter multitudinem hominum quæ regit, & eam quæ regitur. Ea enim ciuitatis natura est, ut ciuium multitudo siue aggregatum, non modo imperet, sed etiam imperanti subiciatur: Sed alio atque alio sensu. Quam differentiam in primo hoc Articulo satis explicitam esse credideram. Verum ex multorum contra ea quæ sequuntur objectionibus aliter esse sentio. Itaque uberius explanationis causa pauca hæc adicere visum est.

Multitudo, quia vox collectiua est, significare intelligitur res plures, ut hominum multitudinem idem sit quod multo homines. Vox eadem quia numerus est singularis unam rem significat, nempe unam multitudinem, at neutro modo intelligitur multitudo habere unam voluntatem à natura datam, sed aliam aliam. Neque ergo attribuenda illi est una actio, quæcumque ea sit, itaque promittere, pactisci, jus acquirere, jus transferre, facere, possidere & similia, multitudo non potest, nisi sigillatim siue viritim, ut sint promissa, pacta, iura, actiones, tot quot sunt homines. Quapropter multitudo, persona naturalis non est. Ceterum eadem multitudo si viritim paiscentur fore ut unus alicuius hominis voluntas, vel maioris partis ipsorum voluntates consentaneæ pro voluntate omnium habeantur, tunc persona una fit: voluntate enim prædita est, ideoque actiones facere potest voluntarias, quales sunt imperare, leges

*Sobre el derecho del que tiene en el Estado el poder supremo,  
sea un hombre o una asamblea*

1. No se puede atribuir derecho alguno a la multitud fuera del Estado, ni acción alguna sobre la que no haya habido acuerdo previo por parte de cada uno. 2. El Estado tiene su origen en el derecho del mayor número de consentientes. 3. Todos conservan el derecho de protegerse por su cuenta cuando no se prueba a su seguridad. 4. El poder coactivo es necesario para la seguridad. 5. ¿Qué es la espada de la justicia? 6. La espada de la justicia la tiene el que detenta el poder supremo. 7. Igualmente la espada de la guerra. 8. También está en su poder la justicia. 9. Tiene en su poder la capacidad de legislar. 10. Tiene en su poder el nombramiento de magistrados y de ministros del Estado. 11. Tiene poder para examinar las doctrinas. 12. Es impune en todo lo que haga. 13. Los ciudadanos le han concedido poder absoluto. 14. No está obligado a las leyes del Estado. 15. Nadie posee nada como propio contra el que tiene el poder supremo. 16. El hurto, el homicidio, el adulterio y la lujuria se reconocen por medio de las leyes civiles. 17. Opinión de los que querían constituir un Estado en el que nadie tuviera poder absoluto. 18. Notas del poder supremo. 19. Si comparamos al Estado con un hombre, la relación del que tiene el poder supremo con el Estado es la misma que la del alma con el hombre. 20. No se puede disolver con derecho el poder supremo por un acuerdo de aquéllos con cuyos pactos se había constituido.

1. En primer lugar se ha de considerar lo que es la multitud<sup>1</sup> de los que se asocian para formar un Estado por su decisión; a saber, que

<sup>1</sup> Casi toda la doctrina acerca del poder del Estado sobre los ciudadanos depende del conocimiento de la diferencia que existe entre una multitud de hombres que gobierna y una que es gobernada. Pues la naturaleza del Estado estriba en que la multitud o agregación de ciudadanos no sólo mande sino también que se someta al poder del que gobierna, pero en un sentido diferente. Creía que esta diferencia quedaba suficientemente explicada en este primer artículo pero, por las objeciones que muchos han presentado contra lo que sigue, pienso que no es así, y por eso me ha parecido que había que añadir estas pocas observaciones para dejar mejor explicada la cuestión.

Se entiende que multitud, al ser un término colectivo, significa cosas plurales por ser una multitud de hombres lo mismo que muchos hombres, y el mismo término, por estar en singular, significa una cosa sola, a saber, una multitud. Pero en ninguno de estos dos significados se entiende que la naturaleza haya dado a la multitud una sola voluntad sino una a cada uno de los que la forman. Por eso tampoco hay que atribuirle una única acción, cualquiera que sea. En consecuencia, una multitud no puede prometer ni pactar, ni adquirir derechos ni transferirlos, ni hacer ni tener ni poseer ni cosas semejantes, a no ser que individualmente cada uno de los que componen la multitud ejecute cada uno de esos actos. Por eso una multi-

quòd non sit *unum* aliquid, sed plures homines, quorum vnusquisque suam habet sibi voluntatem, & suum circa omnia proponenda iudicium. Esi quidem per contractus particulares singuli suum sibi habent lus & proprietatem, vt alter hoc alter illud dicat esse suum, nihil erit de quo tota multitudo, vt *persona* à singulo quopiam distincta, possit rectè dicere, hoc *meum* est, magis quam *alienum*. Neque est actio vlla, quæ multitudini attribui debet vt *mea*; sed (si omnes vel plures consenserint) actio non erit, sed tot actiones, quot homines. Quamquam enim in magnâ aliquâ seditione, vulgo dici solet *populum* illius ciuitatis cepisse arma, verum tamen est de illis solis qui in armis sunt, vel qui iis consentiunt. *Ciuitas* enim quæ *una persona* est, capere arma in seipsam non potest. Quicquid igitur à multitudine factum est, intelligendum est factum esse, ab vnoquoque eorum ex quibus illa conflatur. Atque is qui in multitudine illa existens, tamen iis quæ facta sunt non consenserit, neque opem tulerit, non fecisse censendus est. Præterea in multitudine nondum in vnam personam, eo modo quo dictum est, coalitâ, manet ille *nature status*, in quo *omnia omnium sunt*; neque locum habet illud *meum & tuum*; quod vocatur *Dominium*, & *proprietatis*: propterea quod nondum extrat securitas illa, quam suprâ ad exercitum *legem naturalem* requiri ostendimus.

II. Considerandum deinde est vnumquemque ex multitudine (quo constituendæ ciuitatis principium fiat) debere consentire cum cæteris, vt in iis rebus quæ à quopiam in cœtu proponentur, pro voluntate omnium habeatur id, quod voluerit eorum maior pars; alio enim modo multitudinis hominum, quorum ingenia & vota inter se tam variè differunt, nulla omnino érit voluntas. Quod si quis nolit

condere, ius acquirere & transferre, & cætera: & populus sæpius quam multitudo dicitur. Distingendum itaque sic est: per Populum vel multitudinem quoties ipsam aliquid velle, imperare, vel facere dicimus, intelligitur ciuitas quæ imperat, vult & agit per voluntatem vnus hominis, vel per voluntates plurium hominum consentaneas: quod nisi in conuentu fieri nequit. Quoties autem à multitudine hominum sive magna sive parua, aliquid fieri dicitur sine voluntate illius hominis vel conuentus, id factum esse à populo subditio, id est, à multis simul ciuibus singularibus, neque ex una voluntate, sed ex pluribus proventire plurium hominum, qui ciues sunt & subditi, ciuitas non sunt.

no se trata de ninguna *unidad* sino de muchos hombres, cada uno de los cuales tiene su propia voluntad, y juicio propio acerca de lo que ha de proponerse. Y aunque por los contratos particulares cada individuo tiene su derecho y su propiedad de modo que pueda llamar suya cada uno a una cosa, sin embargo no existe nada de lo que toda la multitud, como *persona* diferente de cada individuo, pueda decir rectamente que es *suya* más que *ajeno*. Tampoco existe una acción que deba atribuirse a la multitud, no habría una acción sino tantas cuantos hombres. En una gran sedición, aunque suela decirse vulgarmente que el *pueblo* de aquel Estado se levantó en armas, eso es verdadero sólo para aquellos que tomaron las armas o para los que están de acuerdo con ellos. Porque un *Estado*, que es *una sola persona*, no puede levantarse en armas contra sí mismo. En consecuencia, lo que hace una multitud ha de entenderse como hecho por cada uno de los que la forman. Y hay que entender que el que, perteneciendo a la multitud, no haya estado de acuerdo con lo hecho ni haya colaborado con ello, ese tal no lo hizo. Además en la multitud que aún no se ha unido en una sola persona, como queda dicho, se mantiene el *estado de naturaleza* en el que *todo es de todos*, y no hay lugar para ese *mío y tuyo* que se llama *dominio y propiedad*: porque no se da aquella seguridad que más arriba hemos presentado como requisito para el ejercicio de las *leyes naturales*.

2. Se ha de considerar además que cada uno de los que forman la multitud (para que se dé un principio de constitución del Estado), debe ponerse de acuerdo con los demás en que en aquello que cualquiera proponga en el grupo, se tenga por voluntad de todos lo que quiera la mayor parte: de lo contrario no podrá haber en absoluto una voluntad de una multitud de hombres cuyos caracteres y deseos son tan diferentes. Y si alguien no quisiera ponerse de acuerdo, los demás,

ni no es una persona natural. Pero esa misma multitud, si cada uno de sus miembros pacta que ha de tenerse por voluntad de todos la de alguno en particular o las voluntades coincidentes de la mayoría, entonces es una persona: pues está dotada de voluntad y consiguientemente puede realizar acciones voluntarias tales como mandar, legislar, adquirir y transferir derechos, etc., y en ese caso más que multitud se ha de llamar pueblo. Por eso se ha de distinguir de este modo: cuando decimos que un pueblo o multitud quiere, manda o hace algo, se entiende que es el Estado el que manda, quiere y actúa por la voluntad de un solo hombre o por la voluntad de varios que se ponen de acuerdo; lo cual sólo puede darse en una asamblea. Pero cuando decimos que una multitud de hombres, pequeña o grande, hace algo sin la voluntad de aquel hombre o de aquella asamblea, entonces lo hace un pueblo subditio, es decir, muchos ciudadanos singulares simultáneamente; y no procede de una voluntad sino de las de muchos hombres, que son ciudadanos y subditos pero no Estado.

consentire, ceteri sine eo ciuitatem nihilo minus inter se constituent. Ex quo fiet vt ciuitas in dissentientem Ius suum primæuum retineat. hoc est, *ius belli*, vt in hostem.

III. Quoniam autem capite præcedente, articulo. 6. requiri ad securitatem hominum diximus, non modo consensionem, sed etiam subiectionem voluntatum, circa eas res quæ ad Pacem & Defensionem sunt necessaria: & in ea *unione* siue *subiectione*, consistere naturam ciuitatis: videndum hoc loco est, ex iis rebus quæ in coetu hominum (quorum voluntates omnes in maioris partis voluntate continentur) proponi, discuti, & statui possunt, quænam res ad Pacem, & defensionem communem sint necessaria. Imprimis autem *paci necessarium* est, vt vnusquisque in tantum protegetur contra cæterorum violentiam, vt possit securè viuere, hoc est, ne habeat causam iustam metuenti à cæteris, quamdiu ipse alios iniurià nullà affecerit. Turus quidem reddere homines à mutuis damnis, ita vt lædi, vel occidi iniurià non possint, impossibile est; neque ergo cadit in deliberationem. Sed ne sit metuenti causa iusta prospici potest. Securitas enim Finis est propter quem homines se subiciunt aliis, quæ si non habeantur, nemo intelligitur se aliis subiecisse, aut ius se arbitrio suo defendendi amisisse. Neque antè intelligendus est quisquam se obstrinxisse ad quicumque, vel ius suum in omnia reliquisse, quam securitati eius sit prospectum.

IV. Ad securitatem hanc non sufficit, vt vnusquisque eorum qui in ciuitatem coalituri sunt, cum cæteris paciscatur, vel verbis, vel scripto, de non occidendo, non furando, & similibus legibus observandis; manifesta enim omnibus est ingenij humani prauitas, & experientia nimis cognita quam parùm amorà poenâ, conscientia promissorum homines in officio contineantur. Securitati itaque non *pactis*, sed *pænis* prouidendum est; tunc autem satis prouisum est, cum poenæ tantæ in singulas iniurias constituntur, vt apertè malus malum sit fecisse, quam non fecisse. Omnes enim homines necessitate naturæ id eligunt quod *stinet ipsi apparere bonum* est.

V. Ius autem poenas sumendi tunc intelligitur datum esse alicui, quando vnusquisque paciscitur se non auxiliaturum esse ei qui poenas daturus est. Vocabo autem *Ius* hoc *Gladium iniustitæ*. Huiusmodi autem pacta satis plerumque obseruant homines, nisi vbi ipsi vel illorum proximi puniendi sunt.

VI. Quoniam ergo ad securitatem singulorum, atque adeo ad pacem communem necessarium est, vt *Ius* vtendi *gladio* ad poenas, in aliquem *hominem* vel *concilium* transferatur; is *homo*, vel illud *conci-*

a pesar de ello, podrían constituir el Estado sin él. De donde se sigue que el Estado retiene su derecho primigenio, esto es, el *derecho de guerra* contra el discrepante, como contra un enemigo.

3. Ya que hemos dicho en el capítulo precedente, artículo 6, que para la seguridad de los hombres se requiere no sólo el acuerdo sino además el sometimiento de las voluntades acerca de las cosas necesarias para la paz y la defensa, y que en esa *unión o sometimiento* consiste la naturaleza del Estado, pasemos ahora a considerar cuáles son las cosas necesarias para la paz y la defensa común de entre las que pueden proponerse, discutirse y establecerse en un grupo de hombres (cuyas voluntades se contienen en la voluntad de la mayoría). En primer lugar es *necesario para la paz* que cada uno esté protegido de la violencia de los demás para poder vivir seguro, es decir, que no tenga una causa justa de temer a los demás mientras no les injurie en nada. Porque es imposible que se vean libres de mutuos daños injustos, tales como lesiones o la muerte, y eso no es objeto de deliberación. Pero sí se puede proveer a que no exista una causa justa de temor. Pues la seguridad es la razón de que los hombres se sometían a otros, y si ésta no se da, nadie entiendo haberse sometido a otros ni haber perdido el derecho a defenderse por su cuenta. Porque ha de entenderse que nadie se obliga a nada ni renuncia a su derecho a todo sin que se haya provisto a su seguridad.

4. Para esta seguridad no basta que cada uno de los que han de unirse para formar el Estado pade con los demás, de palabra o por escrito, acerca de no matar ni robar o de la observancia de leyes semejantes; porque todos conocen la maldad de la condición humana y se sabe por una sobrada experiencia lo poco que los hombres cumplen sus obligaciones en virtud de sus promesas si se suprime el castigo. Por lo tanto hay que velar por la seguridad no con *pactos* sino con *castigos*, y sólo se la habrá garantizado suficientemente cuando toda injuria tenga castigos tales que claramente resulte peor haberla hecho que no. Pues todos los hombres eligen por necesidad natural lo que *aparece como buena para ellos*.

5. Se entiende que se concede a alguien el derecho a castigar cuando todos pactan que no han de ayudar al que sufra el castigo. A este *derecho* lo llamaré *espada de la justicia*. Estos pactos los hombres los cumplen suficientemente siempre que los castigados no sean ellos ni sus familiares.

6. Puesto que es necesario para la seguridad de cada uno, y en consecuencia para la paz común, que el *derecho* a usar la *espada* para castigar se transfiera a algún *hombre* o a la *asamblea*, se entiende necesariamente que ese *hombre* o esa *asamblea* tiene con pleno derecho el

lium necessario intelligitur *summum* in ciuitate *imperium* iure habere. Qui enim penas suo arbitrio iure sumit, iure omnes cogit ad omnia, quæ ipse vult; quo imperium maius excogitari nullum potest.

VII. Frustra autem pacem inter se colunt, qui se contra externos tueri non possunt; neque possibile est his se tutari contra externos, quorum vires vitæ non sunt; ideoque necessarium est ad singulorum conservationem, vt sit *Concilium* aliquod *unum*, vel *homo vnus* qui ius habeat armandi, congregandi, & viniendi tot ciues in omni periculo, vel occasione, quot pro incerto numero & viribus hostium ad communem defensionem opus erit; rursusque cum hostibus quoties expediet pacem facienda. Intelligendum ergo est singulos ciues in *unum*, vel *hominem* vel *concilium* totum hoc *Ius belli & pacis* transulisse. Atque ius hoc, (quod *Gladium belli* appellare possumus) esse eisdem *hominis* vel *concilij*, cuius est *Gladius iustitiæ*. Nemo enim ad arma & ad belli sumptus, ciues potest iure cogere, nisi qui iure punire eum potest qui non obedierit. *Summo* itaque *Imperio* vtreq; *Gladius* tam *belli* quam *iustitiæ*, ex ipsa ciuitatis constitutione & essentialiter adhæret.

VIII. Quoniam autem *ius gladij* nihil aliud est, quam iure posse, suo arbitrio, gladio vri, sequitur *Arbitrium* siue *iudicium* de recto eius vsu ad eundem pertinere. Si enim *potestas iudicandi* penes vnum esset, & potestas exequendi penes alterum, nihil efficeretur; frustra enim iudicaret, qui mandata exequi non posset, aut si exequatur per ius alterius, non ipse ius gladij habere dicitur, sed alter cuius ille minister tantum est. Omne igitur *iudicium* in *ciuitate* est illius qui *Gladius* habet, hoc est, eius cuius est *imperium summum*.

IX. Porro, cum non minus, imò multo magis ad pacem conducatur, præuenire ne rixæ oriantur quam ortas compescere: controuersiarum autem omnes nascantur ex eo quod differunt inter se opiniones hominum de *meo & tuo, iusto & iniusto, vtili & inutili, bono & malo, honesto & inhonesto*, & similibus, quæ quisque proprio aestimat iudicio: eiusdem Summi imperij est, communes omnibus exhibere regulas, siue mensuras, & publicè eas declarare, quibus vnusquisque sciat quid *suum*, quid *alienum*, quid *iustum*, quid *iniustum*, quid *honestum*, quid *inhonestum*, quid *bonum*, quid *malum* appellandum sit, hoc est summam, quid augendum & quid fugiendum sit in vita communi. Regulæ autem siue mensuræ illæ, vocari solent *leges civiles* siue *leges ciuitatis*, vt quæ eius qui *summum* in ciuitate *imperium* obtinet sunt *mandata*. Et LEGES CIVILES (vt eas definiamus,) nihil aliud sunt, quàm eius qui in

*poder supremo* en el Estado. Porque el que con derecho castiga a su arbitrio, con derecho obliga a todos a todo lo que quiera; y no se puede imaginar poder mayor.

7. Ahora bien, en vano procuran la paz entre sí los que no pueden protegerse contra los extraños, ni es posible que se protejan contra ellos los que no tienen unidas sus fuerzas; por lo tanto es necesario para la conservación de cada uno que exista una *asamblea* o un *hombre singular* que posea el derecho de armar, congregar y unir en cualquier peligro u ocasión a tantos ciudadanos cuantos se necesiren para la defensa común, según el número y las fuerzas del enemigo; y además, de firmar la paz con él cuando sea conveniente. Pues ha de entenderse que los ciudadanos han transferido la totalidad de este *derecho de guerra y de paz a un solo hombre o a una sola asamblea*. Y este derecho (al que podemos llamar *espada de la guerra*), pertenece al mismo *hombre* o a la misma *asamblea* que posee la *espada de la justicia*. Porque nadie puede obligar a los ciudadanos a tomar las armas o a sufragar la guerra si no es el que puede con derecho castigar al que no obediere. Así, tanto la *espada de la guerra* como la de la *justicia* pertenecen esencialmente al *poder supremo* por la misma constitución del Estado.

8. Puesto que el *derecho de espada* no es otra cosa que poder usar la espada con derecho a su arbitrio, de ahí se sigue que el *arbitrio* o el *juicio* acerca de su recto uso pertenecen a la misma persona. Ahora bien, si el *poder de juzgar* estuviere en poder de uno y él de ejecutar en el de otro no se conseguiría nada; ya que en vano juzgaría quien no pudiera ejecutar los mandatos o, si los ejecutase por medio del derecho de otro, no podría decirse que tuviera él el derecho de espada sino aquel otro, del cual sería únicamente servidor. Así pues, en el *Estado* todo *juicio* corresponde a quien tiene *las espadas*, es decir, a quien tiene el *poder supremo*.

9. Más aún, como es mucho más conducente para la paz prevenir las disputas que aplacarlas después de surgidas, y como todas las controuersias nacen por la diferencia de opiniones entre los hombres acerca de lo *mío* y lo *tuyo*, de lo *justo* y lo *injusto*, de lo *útil* e *inútil*, de lo *bueno* y lo *malo*, de lo *honesto* y lo *dehonesto* y cosas semejantes que cada uno estima según su propio juicio, corresponde al mismo poder supremo presentar unas reglas o medidas comunes para todos, y declararlas públicamente, por las cuales todos puedan saber qué es lo que se ha de llamar *yojo* y *ajeno*, qué *justo* e *injusto*, qué *honesto* y *dehonesto*, qué *bueno* y *malo*, en suma, qué ha de hacerse y qué ha de evitarse en la vida en común. Y a esas reglas se las suele llamar *leyes civiles* o *leyes del Estado* como *mandatos* que son del que ostenta el *poder supremo* en el Estado. Y para definir las *LEYES CIVILES* digamos que no son sino los

ciuitate summâ potestate præditus est, de ciuium futuris actionibus mandata.

X. Præterea cum ciuitatis negotia belli & pacis, ab vno homine, vel concilio vno, absque *ministriis* & *magistratibus subordinatis* omnia administrari, impossibile sit; pertinereque ad pacem & defensionem, vt quibus de controuersis iuste iudicare, vicinorum Consilia peruidere, bella prudenter gerere, vtilitati ciuitatis vndiquaque prospicere incumbit, recte suis officijs fungantur, rationi consentaneum est, vt ab eo dependant, & eligantur, qui habet *summum imperium* tam in *bello*, quam in *Pace*.

XI. Manifestum quoque est, actiones omnes voluntarias initium habere, & necessario dependere à voluntate; voluntatem autem facienti vel non facienti dependere ab opinione *boni* vel *mali*, *premiij* vel *pœnæ*, quam sibi quisque conceperit ex facto vel omisso sequuturam esse: ita vt actiones omnium à suis cuiusque opinionibus regantur. Quare illatione necessariâ & euidenti intelligitur, pacis communis interesse plurimum, vt nullæ opiniones vel doctrinæ cubus proponantur, quibus putent, vel se iure non posse *legibus* ciuitatis, hoc est, mandatis illius *hominis* vel *concilij*, cui summum ciuitatis imperium commissum est, obtemperare; vel licitum sibi esse ei resistere; vel maiorem poenam manere sibi neganti, quam præstantis obsequium. Si enim vnus imperet aliquid facere sub poena mortis naturalis, alius veter sub poenâ mortis æternæ, vtique iure, sequetur non tantum ciues, etsi innocentes, puniri iure posse, sed penitus dissolui ciuitatem. Neque enim seruire quisquam duobus dominis potest, neque is cui obediendum esse credimus metu damnationis, minus Dominus est, quàm is cui obeditur metu mortis temporalis, sed potius magis. Sequitur ergo illum *vnum* siue *hominem* siue *curiam*, cui commissum est à ciuitate *summum imperium*, hoc quoque habere iuris, vt<sup>2</sup> & iudicet quæ opiniones & doctrinæ paci inimicæ sunt, & veter ne doceantur.

